UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Cur Iohanne[m] baptista[m] interfecit. Ca. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

Visual Library

quàm ad caſtimoniā corporis & animæ ſeruandam.

CVR IOHANNEM PVNIErit. Cap. XI.

HVnc inquam capite punit, pro eo ꝙ obiurgabatur ab eo de Herodiade quam abſtulerat fratri ſuo Philippo, legitima vxore depulſa, & quia verebatur propter doctrinam eius, plurimos à ſuo regno diſcedere. Sola hac igitur ſuſpicione Herodis & obiurgatiōe vinctus in caſtellum Macheronta Ioahnnes abducitur, ibiq̃ capite obtruncatur.

DE DOMINO IESV SALVAtore noſtro. Cap. XII.

PEr idem tempus euangelicam late ſeminat prędicationē dominus Ieſus, & duodecim ex om̄ibus elegit quos præferens ſectatoribus ſuis ſpecialiter apoſtolos nominat. Poſt hos lxxij. elegit diſcipulos. Om̄e aūt tēpus prędicationis ſuæ peregit intra quadriennij temporis ſpacium, ſub Anna & Caipha pontificibus, ita vt Annæ pontificatus tempore incipiente, prædicare inceperit, & vſq; ad initium Caiphę protenderit Ioſephus. Nam ab Anna vſq; ad Caiphā quatuor pontifices per ordinem fuerunt. Poſt Annā ſedit Iſmaël, poſt Iſmaëlem Eleazar, poſt Eleazar Symon, poſt Symonem Ioſephus, cui & Caiphas nomē fuit. Teſtatur autem Hebræorū ſcriptor de domino Ieſu Chriſto quis fuerit, de quo his verbis ſcripſit ita.

TESTIMONIVM IOSEPHI de Chriſto. Caput XIII.